

rum atque iterum interroget, ac Christi fruatur colloquio, quin capiat doctrinam ejus, non inde tamen supremus Dominus arguendus, qui hoc in solatium præceptorum permittit, dum ipsi laborantes, discipulos parum instructos vident. D. Cyrill. lib. 2. cap. 46. Nihil, ait, longa Christi oratione consecutus est Nicodemus. Prudenter igitur à Salomone scriptum est, Eccl. 15. n. 12. In aure audientium loquere: nec tamen ulla non persuadenti magistro culpa danda est.

Cyrrill. Eccl. 15. Si discipuli doctrinam non capiunt, non est illa culpa magistro.

125.

Persistentia in intento sine laudabilis. Duplex interrogatio.

D. Thom. Luc. 1.

Luc. 2.

Simon. Cass.

Interrogat initium ad scientiam. Cajetan.

In hoc tamen maxime laudandus Nicodemus, qui venerat ad Dominum ut de celesti doctrina instrueretur: Sciamus, quia à Deo venisti magister. Quamvis dicta Christi non intelligeret, tamen à sua intentione non desistit, nec retrocedit; sed immobilis in intento sine persisteret interrogat: Quomodo hæc possunt fieri? Hæc autem interrogatio non processit ex malitia, sed ex desiderio apprehendendi Christi doctrinam; nam, ut notat D. Thom. Dupliciter aliqui inquirunt, quidam ex diffidentia, sicut Zacharias Luc. 1. n. 18. Unde hoc sciam? & ideo punitus est. Aliqui verò ex studio addiscendi, sicut Virgo beata, cum dixit Angelo, Luc. 2. n. 34. Quomodo fiet istud? & tales instruntur. Quia ergo illa quaesivit ex studio addiscendi, ideo meruit instrui. Unde eleganter ait Sim. Cassian. lib. 1. cap. 7. Non potest ab ignorantia detineri, qui humiliter scientiam interrogat? initium est ad scientiam, ignorata querere à sciente, nec vereri erubescerentiam super bis. Nicodemus in numero plurali dixit, hæc fieri. Cajetan. ponderat, quod pronomen hæc, tria includit, quæ Dominus dixerat: Nativitatem ex Spiritu; necessitatem hujus nativitatis: Nisi quis renatus fuerit: oportet vos nasci; & illius efficaciam, ad videndum, & introducendum in regnum Dei. Tamen particula hæc, totam doctrinam de regeneratione respicit, quia de ea Christus Dominus multa dixerat.

Ioannis 3. n. 10. Respondit Jesus, & dixit ei: Tu es magister in Israël, & hæc ignoras?

VERSIONES.

- Syriacus. Tu es Doctor in Israël, & hæc nescis?
Vatablus. Es tu ille magister Israël, & ignoras?
Euthymius. Tu es præceptor Israël.
Toletus ex Græco. Tu es ille magister ipsius Israël.
Arias. Et hæc non nosciscis?

EXPOSITIO.

126. NICODEMUM arguit Dominus, non de malitia, sed de simplicitate, & insipientia, ut ait Chrysof. hom. 25. & inquit: Tu es magister. In Græco est: Tu es ille magister Israël. Ille articulus denotat, quod esset singularis, & eximius doctor; & ait: Tu es ille Magister, qui Scripturam doces, in Israël, ubi notus est Deus, & divina in Scriptura præsignata legitur. Psalm. 75. num. 1. Notus in Judæa Deus, in

Chrysof. Græcus.

Psalm. 75.

Israël magnum nomen ejus. Et hæc ignoras? Valde mirum, quod ea quæ in Scriptura tam communia erant, tantum doctorem fugerent. Sed pro dolor: valde frequenter ea nescit homo, quæ sunt suæ salutis. Notat vero Hugo, quod Dominus per modum interrogationis formavit redargutionem suam ad quod responderet propter reverentiam, quam Nicodemus habuit ad ipsum; dixit enim: Scimus, quia à Deo venisti magister; & quamvis dicta Christi non intelligeret, nunquam impossibilia dixit; ideo Dominus redargutionem suam temperavit, utens interrogationem ad eum ut ipse majorem certificationem mereretur; Dominus enim honorat honorantes se.

Homo tamen ad ea, quæ sunt suæ salutis. Hugo.

QUESTIO XXV.

Quare Dominus hic reprehendat Nicodemum de sua ignorantia?

Conveniunt Patres, ut Divus Chrysofostomus, D. Cyrillus, Euthymius, Theophylactus, D. Thomas, Beda, Haymon, quod Christus Dominus de sua ruditate Nicodemum reprehendit, & verba reprehensionis notam præ se ferunt; quod cum esset magister, scire deberat hujusmodi spirituales generationem, & tamen illam nesciret. Veruntamen ut bene notat, D. Bonaventura cum D. Augustino, in verbis Domini est amicabile argutio, dum fit per interrogationem, ipsumque appellando magistrum, ut proxime notavi ex Hugone. Amicabilis reprehensio læpe plus proficit, quam aspera, & rigida.

127. Chrysof. Cyrill. Euthym. Theoph. D. Thom. Beda. Haymon. Bonavent.

Ratio vero difficultatis questionis est: quia potest quis dicere cum D. Chrysofostomo citat. homil. 25. Carthusiano, & aliis. Quid habet hæc spiritualis generatio ex aqua commune cum lege Mosaicâ, ut culpa imputetur, quod homo in Judaica imperfectione detentus hanc sublimem regenerationem ignoret? Ad hoc multipliciter respondetur.

Amicabilis reprehensio proficit. 128. Chrysof. Carthuf.

Primo cum D. Chrysofostomo citat. Euthymio Carthusiano, Beda & aliis, quod merito hujus principis ignorantia arguitur, quia hujusmodi regeneratio spiritualis maxime continebatur in factis Scripturis, quas ille, ut magister, scire tenebatur. Psalm. 12. num. 32. Annuntiabitur Domino generatio ventura. Psalm. 102. num. 5. Renovabitur, ut aquila, juvenus tua. Et hujusmodi generatio ex aqua, & spiritu mundante promissa erat in Scriptura. Joël. 1. num. 18. Effundam spiritum meum super omnem carnem. Isai. 44. num. 3. Effundam aquas super sumentem, & fluentia super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem super stirpem tuam Ezechiel. 36. num. 25. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et dabo vobis cor novum, & spiritum novum ponam in medio vestri. Zachar. 13. num. 1. In illa die erit fons patens Domini David. Hujus rei figuræ præcesserunt multis miraculis in lege veteri, ut quando leprosus Naaman lotus est in Jordane, & reversa est caro sua ad ipsum, sicut caro pueri parvuli, 4. Reg. 5. num. 14. Quando Saul unctus est à Samuele, mutatus est in virum alterum, & quasi renatus, 1. Regum 10. num. 2. Transitus Judæorum per mare rubrum, Exod. 14. num. 22. In Exod. 14.

129. Chrysof. Euthym. Carthuf. Beda.

Psalm. 21. Psalm. 102.

Joël. 2. Isai. 44.

Ezech. 36.

Zachar. 13.

In Exod. 14. quibus

1. Cor. 10. quibus, ut ait Euthymius, aqua typus erat maris, nubes vero spiritus. Ideo ait Paulus 1. Corinth. 10. num. 2. Omnes in Moysa baptizati sumus in nube, & in mari. Tandem manifestum erat, quod illi, qui ex peccatoribus convertuntur ad justitiam, renascantur ex gratia, & ex spiritu. Imo, ut bene Cajetanus, Nicodemus facile poterat nosse Prophetas natos fuisse ex spiritu. Et accedit amplius, quod Dominus jam incipiebat baptizare in aqua ad purificationem animarum, ut patet hoc cap. 3. Joan. num. 26. Merito ergo Dominus objicit Nicodemum ignorantiam earum rerum, quas maxime scire ad eum spectabat, & quas cognitas, ac competas habere oportebat, utpote magister: maxime vitio dandum, quod quilibet à suo munere deficiat; nam, ut dicitur l. 2. ff. de regulis juris. Turpe est Patrio, & nobili viro, jus, in quo versatur, ignorare. Qui enim Doctoris nomen habet, omnia debet scire, & nihil ignorare. Vide lib. 1. cap. 10. num. 61. & lib. 2. c. 1. num. 60.

Cajetan.

Doctor muneri suo satisfaciat.

130. August.

Humilitas gradus ad sapientiam & ad magnam.

Proverb. 26.

Isai. 66.

Septuag.

Hilar.

131. Cyrill.

Luc. 5. Judæorum ignorantia arguitur.

2. Cor. 3.

Secundo Divus Augustinus tractat. 12. O fratres, ait, quod putavimus Dominum huic magistro Judæorum quasi insulare voluisse? Noverat Dominus quid agebat, volebat, illum nasci ex spiritu. Nemo ex spiritu nascitur, nisi fuerit humilis, quia ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu, quoniam prope est Dominus obvivis cordes. Ille magisterio inflatus erat, & alicujus momenti sibi esse videbatur, quia Doctor erat Judæorum. Deponit ei superbiam; ut possit nasci de spiritu, insultat tanquam indocto. Ut Dominus superbum principem reformaret in vita, cum eo ita agit, ut superbia fastum deponat, ad humilitatemque reducat, recipiendo eum ad propriæ ignorantie cognitionem; nam humilitas ad gradus magna est, & ascensum ad sublimia præstat. Salomon Proverb. 29. num. 23. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. Isai. 66. num. 2. Ad quem respiciam, nisi ad paupericulum, & contritum spiritum. Septuaginta, Nisi ad humilem, & quietum. Et maxime humilitas proficit, ut homo renascatur in illud Psalm. 118. Humiliatus sum usquequaque, ita ait: Cum Domino humilitas cordis generosa, & regie civitatis ortus est. Vide supra, hoc lib. cap. 1. num. 15.

Judeorum error palpabilis aque visibilis.

132. D. Thom.

Diis sapientis non acquiescere, valde reprehensibile.

1. Mat. 6.

Quarto Divus Thomas ait, quod Dominus Nicodemum arguit ex tribus. Primo ex conditione personæ ejus, & ideo dicit: Tu es magister, ubi cum Dominus reprehendit, non ut insultaret ei, sed quia præsumens de sua scientia, de suo adhuc magisterio confidebat, voluitque eum humiliando, ut supra dixi ex Divo Augustino. Spiritus sancti efficere habitaculum. Secundo arguit Dominus ejus tarditatem ex conditione centis: tolerari enim potest, quod dictis alicujus rudis hominis non acquiescat; viri autem sapientis, & magnæque autoritatis dictis repugnare, reprehensibile est. Ideo Dominus ait infra: Quod scimus, loquimur; quod vidimus, testamur. Omnia autem sunt aperta oculis ejus. Domine, quibus habes sanctam scientiam; 2. Machab. 6. num. 30. Tertio arguit Dominus ejus tarditatem ex conditione eorum, quæ dicebantur: mirum enim est, quod difficultia ab aliquo non capiantur: quod autem facilia quis non capiat; reprehensione maxime dignum. Et ideo dixit: Si terrena dixi vobis, non creditis, &c. de quo infra versu 12. Hæc Divus Thomas.

Quinto Simon Cassianus lib. 11. cap. 7. Non objurando benignus Salvator sic loquitur, ut cum velis per erubescerentiam, vel per ignorantiam confundere, sed cum ad docenda excusare properasus, Nicodemus de scientia sua multum præsumebat; ideoque ut à Domino doceretur, minime habilis erat: objicit ergo suam ei ignorantiam Christus ut ita ad discendam esset dispositus. Nam solus ille remedii fit capax, qui suam infirmitatem agnoscat; & qui insipientiam, ignorantiamque suam introspectit, scientia, ac doctrina expolit præpotens est. Unde eleganter ait D. Cyprianus lib. 1. Epistol. 3. Primus felicitatis gradus est, non delinquere, secundus delicta cognoscere. Ubi supra in hoc cap. num. 73.

Diis sapientis non acquiescere, valde reprehensibile.

133. Cassian.

Cognoscere ignorantiam gradus ad sapientiam.

Cyprianus.

134.

Sexto. Reprehenditur Nicodemus, quia repetit infidelitatis notam, quam significat ad verbum quomodo; supra in hoc colloquio eum Christo dixit num. 4. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Modò verò reincidit in idem verbum, & ait: Quomodo possum hæc fieri?

Et ubi ignorantia reiteratur, & culpa duplicatur.



Magna indignatio in peccata reuerentia. Oraz. 5. Septuag.

rum; omnis objurgatio, ac poena promeretur, & in omnem indignationem incurritur. Oraz. 5. n. 10. Filii sunt Principes Juda, quasi assumentes terminum: super eos effundam quasi aquam iram meam. Septuaginta: Facti sunt Principes Juda, quasi transferentes terminum. Quodnam est horum principum peccatum, ac iniquitas, ut promittat Deus se adducturum super eos iram suam, sicut torrentem aquarum? Hujusmodi principes aliquando peccatis suis compuncti imposituros suis abominationibus terminos proponebant, seque à Dei obsequio nunquam recessuros: at in bono non persistentes: iterum ad iniquitates suas facile redibant: & ita iram divinam, veluti alter Pharaon, in se concitarunt, ut iustitiae divinae opprimerentur undis: nam semel delinquere, grave est; at iterum relabi, omnem indignationem sollicitat, ac exagitat Elegentem Theophylactus; Quando quisquam princeps Juda exstans confessus fuerit, ac promiserit, se non eisdem pravis studiis adnoturum mentem, idque secum deo venerit, & iterum transferent tales fines, atque decretum suum fecerit irritum, ac reversus fuerit ad proprium vomitum, ira Dei super talem prorsus effunditur, ac rubri maris aqua super Pharaonem, qui saepe mentitus erat. Inde enim Pharaon aquis maris obruitur, non quia mentitus est, sed quia saepe à veritate recessit. Post Adami peccatum ei dicitur à Domino: Maledicta terra in opere tuo, Genes. 3. num. 17. Caino vero postquam deliquit à Domino dicitur: Nunc igitur maledictus eris super terram, Genes. 4. num. 11. Sed cur iste graviori multatur poena, quam parens ejus, non enim Adamo, sed terrae injungitur maledictio; at filius graviori supplicio plectitur eique maledictio infligitur? Merito sane; nam pater deliquit, & filius parentis delicto suum proprium addidit: ideo divina iustitia exigente gravius punitur, & in majorem indignationem incidit. Albinus ibi: Non timuit originali peccato fratris homicidii superaddere scelus, ideo majori maledictione dignus habetur.

Theophil.

Genes. 3.

Genes. 4.

Albin.

QUESTIO XXVI.

Quare Christus Dominus hic Nicodemus de ignorantia sua reprehendat, non tamen de eo, quod nocte venerit ad ipsum?

135.

Chrysof.

136.

Nicodemus nocte venit ad Christum; quod tamen aliquanti nota videbatur dignum: at Dominus ita cum eo distulit, ut nulla quoad hoc reprehensionis proferat verba: dum autem hoc loco quaerit; quomodo possunt hac fieri? Vehementius eum tangit Christus, ut notat Chrysofomus homil. 25. & per modum reprehensionis ei dixit: Tu es magister in Israel, & hac ignoras? Cur ergo hic reprehenditur, non vero illic?

Respondeo primò, quod Nicodemus venit nocte, ut agnitus non esset, sed haberetur tanquam occultus Christi discipulus, ut ita bonus asclea ex ejus schola pro tuenda Christi causa posset in Concilio Judaeorum verba facere, ut praestitit Joan. 7. num. 50. & latè nota-

vi supra quasi. 5. num. 25. At vero modo ignorat ea, quae ei tanquam magistro incumbere agnosce. Quomodo enim poterat populum ad salutem erudire, litterarum corticem non noverat privatus interiori notitia veritatis de illis, quae tenebatur scire? Dum ergo nocte venit, ut tanquam bonus Christi amicus sui muneri functione fungatur: ac pro illius defensione Judaeorum iniquitati obistere valeat, in nullam reprehensionis notam incurrit; in eam verò maxime incidit, dum ignorat illa, quae ad munus magistratus, ac doctoris spectabant; sicut enim laude dignus, qui injuncta obligationi satisfacit; ita maxime vituperandus, si ab illa deflectat. Percusso Rege Ammonite, revertenteque Saule à praelio, dixit Samuel ad populum; Eamus in Galgala, & immovemus ibi regnum, 1. Regum 11. num. 14. Et ibi dixit ad populum: 1. Reg. 11. & Ecce nunc Rex graditur ante vos, cap. 12. num. 1. quae verba tanquam Saulis laudatoria à Samuele dicta fuere, ut ibi notant Expositores, Abulensis cap. 11. quast. 12. Hugo, & alii. Hugo. At vero cum Saul non expectato Samuelis adventu holocausta obtulisset, statim Propheta graviter in Regem invehitur, & ait illi: Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, 1. Regum 13. num. 13. Sed cur Samuel tam injuriose tractat Regem, quem antea tam gloriose laudaverat; praecipue cum Reges hinc honorandi, scriptum est enim: Reges honorificatio, 1. Petri 2. num. 17. Dum Saul pro salute populi sui, ut optimus Rex, adversarios ejus debellavit, omni gloria fuit decantandus: at cum ignorantia laborat, quod sacrificia offerre non ad Regem, sed ad Sacerdotem pertinet; statim rigide objurgatur, eique magnum comminatur supplicium. Lyranus: Saul graviter arguitur, quia officium sibi illicitum scilicet offerendi per se ipsum usurpavit, quod est grave peccatum, quod patet ex hoc, quod Rex Ozias volens offerre incensum, quod non pertinebat ad Regis officium, percussus fuit lepra, ut habetur 2. Paralip. 26. num. 12.

Qui officio suo satisfacit, laudandus, qui à contra vituperandus.

Abulens.

1. Reg. 13.

1. Petri 2.

Lyranus.

2. Paralip. 26.

137.

Secundò. Venit nocte Nicodemus propter metum Judaeorum, ut ait Joannes Apostolus, & dixit citata quaestione, non enim audebat pro tunc Christum palam confiteri, & tamen Dominus ipsum benigne, ac favorabiliter recipit: at vero hic, cum ea, quae de regeneratione fuerant dicta, non capit, statim aliquantulum aspera in eum verba infligit, dicens: Tu es magister in Israel, & hac ignoras? Cur ergo hic arguitur, non vero illic? Sub caligine noctis venit Nicodemus, caligabat ejus amor in Christum, nondum enim charitatis cuspide vulneratus erat; & ideo Judaeorum iram declinans, ad Christum manifeste non audebat accedere: cum doctrinam de regeneratione non apprehendit, in his, quae ad salutem animae spectabant, torpescere. Christus Dominus hominum amator fervidus nostri erga ipsum amoris defectus aliquantulum distulit, ac patienter sustinet; non vero quod in negotio suae salutis homo sit languidus, atque remissus. Et ideo cum Nicodemus nocte venit ad Christum defectu amoris, non reprehenditur; maxime vero cum in negotio suae salutis se rudem exhibet, ac parum astutum. Vide quae dixi supra num. 70.

Tertiò. Nicodemus venit nocte, ob timorem Judaeorum; at modo ea, quae hic Dominus docet ob ignorantiam, insipientiamque non percipit: & timor, pusillanimitas, ac quilibet alius defectus possunt in homine distimulari, minime verò insipientia, & ignorantia in his, quae tenentur scire, & agnoscere: nam timor aliquando oritur ex insiro vitæ, honorisque appetitu; & hujusmodi res valde frequenter mentem obæcant. At ignorantia illorum, quae ad se pertinent, res est importuna, & ex malitia tantum pullulat, ideoque omni objurgatione, ac supplicio digna. Extremam, ac deploratam Israelis miseriam describens Jeremias cap. 4. n. 2. ait: Stultus populus meus me non cognovit, filii insipientes sunt, & vecordes: sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil: & calos & non erat lux in eis: imivius sum, & non erat homo: & omne volatile cali recessit. Valde quaestione ingerit, cur Propheta hic totum orbem vacuum commemoret; itaut nec in terra esset homo, nec in caelo volatile, sed totum in solitudinem, ac desertum redactum. Quænam tanta hujus desertionis causa? Si, esse peccata dicas, non videret inde soluta quaestio, quia multa, & gravissima enumerant Prophetae, ut dicatur, quod sanguis sanguinem tetigit. Ino & Jeremias cap. 16. num. 18. ait, quod terra sit plena idolis, & abominationibus, & tamen tunc totus locus non videtur desertus. Quæ hujus rei ratio? dixerat Propheta: Stultus populus meus, & filii insipientes sunt. Igitur ubi eos stultitia, acque insipientia, ita divina indignatio illos delæxit, ut omnino deliti, à terraque essent eradicati, ut nullis eorum amplius appareret, sed totus orbis evacuatus fieret. Divus Thomas: Assignat Propheta, ait, vastationis rationem, scilicet privationem debent scientia, quia stultus quantum ad cognitionem divinorum, insipiens, quantum ad experientiam dulcedinis ipsorum. Hic. 5. num. 13. Properea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.

Quilibet defectus in nomine sustinet non vero ignorantia. Item. 16.

Jerem. 4.

D. Thom.

Hic. 5.

Ioannis 2. n. 11. Amen, amen dico tibi, quia quod scimus, loquimur, quod vidimus, testamur, & testimonium nostrum non accipitis.

VERSIONES.

Syriacus. Testimonium nostrum non recipitis. Divus Chrysof. homil. 25. Testimonium nostrum nemo accipit.

EXPOSITIO.

TRIA in Nicodemo reprehensione digna apparebant, ut notat post Divum Thomam, Toletus. Ignorantia eorum, quae ut Doctor legis tenebatur scire. Incredulitas in his, quae Christus docebat; nam ea in dubium revocavit, & ideo dixit: Quomodo possunt haec fieri? Tandem terriò tarditas in percipienda Christi doctrina. Ignorantiam arguit Sylveira in Evang. Tom. 11.

139. D. Thom. Tolet.

Dominus superiori versu. Tu es magister in Israel. Eius tarditatem accusat sequenti versu: Si terrena dixi vobis, & non creditis, &c. id est; si facilia non percepistis, quomodo difficiliora capietis, &c. Praesentibus vero verbis Nicodemum incredulitatem refutat Dominus: Quia quod scimus, loquimur. Quibus Dominus ei persuadet, ut ad praesidium fidei confugiat. Et est Chrysof. sensus, ut explicat Div. Chrysofomus, Cyril. lus, Si ea, quae tibi dico, & jam explicavi; non apprehendis, saltem nondum intellecta ob meam testimonium crede: Quia quod scimus, loquimur. Ubi Dominus leniter, ac mansuetè cum eo dilputat; non indignè ferens, quod dicta sua non percipiat: nam patienter loqui, ac respondere, ut ait Euthymius, est conari, ut credibile faciat, ac exhortatur ad fidem, ut testimonio suo consentiat. Ex quo nota, quod Nicodemus, qui hæc utique multa interrogaverat, tamen ubi divina gratia inspirante assensum fidei praestitit, nihil amplius in toto colloquio exquisivit: nam prompta fides audit, & obedit, non vero exquirat, nec curiose percrutatur. Ad Roman. cap. 1. num. 5. Ad obediendum fidei in omnibus.

Doctrina cum mansuetudine permanet.

Fides obedit, & non curiose perquirat.

Rom. 1.

140.

Joan. 15.

Cyrill.

Christus suorum doctrinam suam reputat Dominus, eamque cum sua æqualiter extollit, ac nobilitat. Quod vidimus, testamur.

Chrysof.

Amen amen, asseveranter dixit ob magnam doctrinae suae auctoritatem. Quod scimus, loquimur. Nam omnia fidei mysteria Christus noverat, ut Deus per scientiam æternam, & divinam; ut homo vero per scientiam beatam, & per se insulam. Omnia quaecumque audivi à Patre meo, non a feci vobis, Joan. 5. num. 15. Et loquitur plura iter ob mysteriam Trinitatis, ut voluit Divus Cyrillus, quia Patrem, & Spiritum sanctam in ipso habet: vel quia est sermo de se ipso, ac de Joanne Baptista, de quo quaestione sequenti, quia suorum ministrorum doctrinam suam reputat Dominus, eamque cum sua æqualiter extollit, ac nobilitat. Quod vidimus, testamur. Maxime testes sunt illi, qui ex oculata cognitione contestantur, ut ait Chrysofomus homil. 25. Haec autem dixit Dominus, ut pro illius imbecillitate ad inferiora descendens, orationem suam magis credibilem faciat, siquidem cum apud nos sensus visus certissimus sit, cum persuadeat quid voluerimus, ita loqui solemus, non audisse, sed vidisse. Idcirco Christus more hominum loquens sibi fidem conciliat. Hæc etiam Christi verba ponderans Tertullianus lib. de Trinitate, cap. 15. ait: Quia vidit Christus, testificans est: qui non venit ut faceret suam voluntatem, sed potius, ut faciat Patris voluntatem à quo missus ad hoc usum fuerat. Christus veniens in mundum testimonium dedit de his, quae vidit, & secundum Patris voluntatem erant disposita. Deinde in nostrum documentum bonus testis de his testificatur, quae vidit, & audivit; non vero de his, quae vult, & desiderat.

Testis de visu certissimus.

Tertull.

Bonus testis de his testificatur, quae vidit, non quae vult.

141.

Cyrill.

Chrysof.

Theophyl.

Beda

Carchus.

Rupert.

Salmecron.

Hæc Recesse